

Cordi etiam quasi in obsequium famulatumque data sunt pericardium, sinister, dexterque ventriculus, pulmo, diaphragma hæ partes ministeria una cum venis, arteriisque exhibent: dum ipsi aerem saluberrimum advebunt, ex eo in salubrem evacuant, sanguinis massam, qua alitur, ex qua & spiritus vitales naturæ archæus elaborat, adducunt, calor spiritusque vitales tanquam e fonte scaturiunt, perque universam corporis æconomiam diffundunt, & quidem tali mensura, quæ cuiuslibet corporis parti est adæquata. Quorum scilicet spirituum, caloris, sanguinisque influxu fiunt omnium membrorum motus, quos autem ad suæ voluntatis decretum anima modificat. Externique sensus objecto sistunt animæ tanquam supremo tribunalis in corde existenti. Quare si comparisonem cordis cum totius corporis visceribus instituamus, tunc nullum invenitur æque aptum viscus æque idoneum ad habitationem animæ quam ipsum cor quod, & robustissimam carnem habet & omnia, quæ requiruntur ad sedem tanti Regis: undiquaque huc magnorum virorum de cordis præstantia nobilitateque testimoniorum copiam cogeramur, non est operæ pretium, instar omnium esse poterit Excell. *Hambergeri eruditiss. diss. qua Deum ex inspectione cordis demonstrare felici conatu aggressus est. Pag. 1. usque ad pag. 37.*

§. 2. *Hactenus* cor sedem animæ, ob præstantiam, situm officique dignitatem, functionum oeconomiam asseruimus. Jam huic nostræ assertioni fulcrum ex sacrae scripturæ eloquiis substernemus: *Matth. scripturæ c. IX. v. 4. Et quum vidisset Jesus cogitationem illorum, dixit, quid vos cogitatis mala in cordibus vestris. Hoc demonstratur* etiam ex codice de-
 ctum valde illustre testimonium, Cor esse sedem animæ perhibet. (1) Enim dicitur, Jesum vidisse cogitationem, videre cogitationem tribuitur Christo; cum ta-
 men

men